Fragmentarium



tum imperatoris obseruarent locum. subito facte sunt tenebre magne.
tonitrua. fulgura. & inundationes aquarum sicut diluuium ingens.
ita ut perterrerentur ministri diaboli & fugarentur. Scs uero theofilus
eps cum frib; collegit se. & locum obseruabat quo posset corpus beati
martyris tollere & in memoriam scam recondere. una cum ampleio. iaco
bo. theogene. euthicio. alexandro. marco. eutico. fileto. rufo. philippo.
alexandro. macedonio. obsyppo euthyrio. policarpo. pionio. stratone.
aristide. & reliquis uiris ecclesiasticis. Qui descendentes noctu tulerunt
reliquias sci martyris. & collocantes posuerunt eas in locum excelsum ro
mane ciuitatis. hoc uocabulo nuncupatur. excelsus locus. & subito fa
ctus est de celo sonus magnus ante martyrium beatissimi marini. & descen
dit de celo multitudo angelorum in figura hominum. & scificauerunt lo
cum illum in quo deposite fuerant reliquie sci martyris. & posuerunt
dactilum ad caput eius. et oliuam ad pedes. & uitem ad dexteram
& ad sinistram eius. Post hec factus est imperator ut demens. & ait cubicla
riis suis. Que est hec dementia que me inuenit. Jam non sustineo
qua ratione hec patior. Tunc cubiclarii dixerunt ei. Sacrifica diane.
& serapi. & nichil uerearis. Statim iussit imperator uenire sacerdotes.
& occidi agnam albam & columbam. ut lauaretur in sanguine im
molationis. Precepit etiam parari epulas in capitolio. & adduci pa
trem & matrem sci martyris. Cumque adducti fuissent. steterunt ante
imperatorem nichil ei respondentes. Et subito cecidit rumphea de celo
supra pedes imperatoris. Quique fugiens in palatium suum & correp
tus magnis febribus collocauit se in stratu suo. & ait cubiclariis suis;
Vocate michi sacerdotem. Cumque uenisset ad eum imperator ait. Vnde
michi hec dementia accidit quam patior. Qui respondit. Ignoras
imperator quanta certamina habuimus cum xpianis in omni mundo.
Ea igitur sollicitudine dementaris. Cum autem pessimus eum reples
set calor. & magnis febribus arriperetur. aperiens ossuum ait. Forsi
tan propter puerum illum marinum. Et clamauit dicens. Magnus es ds
xpianorum. Adiuua me & ignosce peccatis meis. Et continuo recessit
febris. Diluculo autem surgens de stratu suo. abiit in capitolium. &
adorauit dm serapis dicens. Serapis adiuua me. Et statim uenit

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 5288, 31r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36982)